



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 42. Molina Senator a Piscario Marchione Tridentum ablegatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

§. XLII.

*Molina Senator a Piscario Marchione  
Tridentum ablegatus.*

Interea Hispani Oratoris Procuratores omnem impendebant operam, ut Nationis suæ Præsules eo inducerent, quatenus in disputationibus majori uerterentur moderatione: cum autem eorum vehementia tam facile sedari haud posset, atque hujus rei culpam Piscarius Marchio Pagnani, qui interim Tridenti illius negotia procurabat, eique ab epistolis erat, imbecillitati, atque exiguæ illius auctoritati adscriberet, hacque in opinione per summi Pontificis literas supra memoratas confirmaretur, hinc Pagnano Virum magis constantem ac intrepidum adjungere statuit, atque ad hoc munus Senatorem Nolinam selegit. Hic ergo unacum novis publicæ fidei literis a Piscario ad Hispaniæ Episcopos directis Tridentum pervenit, ut pia obsequia, quæ Pagnanus Sedi Apostolicæ præstare inceperat, ipse rursus hiis Episcopis committeret, atque innovaret: Verum incallum omnia; cum enim hic Delegatus vehementius peroraret, cuncta hæc consilia suo frustrabantur successu, quippe Præsules sibi persuasum habebant, quod

in scio Hispaniæ Rege omnia hæc non-  
 nisi Arragonii Cardinalis, qui Piscarii  
 Marchionis frater erat, molimina essent,  
 cum aliunde pro comperto haberetur,  
 quod semper eo majores exorirentur  
 difficultates, quo magis quæstionum  
 discussio urgeretur: hinc Franciæ Ora-  
 tores sollicitabant Synodi Patres, ut ab  
 ejusmodi tricis sese expedire studerent,  
 ac præcipue omnes quæstiones super-  
 fluas unice reformationis negotio in-  
 tenti declinarent, ut demum, quid ex  
 hac Synodo sperandum esset, innotesce-  
 ret: itaque rursus solitæ habebantur  
 Congregationes.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.

§. XLIII.

*Guadicensis Episcopi sententia circa  
 institutionem Episcoporum.*

Die prima Decembris cogebatur Pa-  
 trum Conventus, in quo Melchior Pallav. l. 19.  
 c. 5. n. 5.  
 Avosmedianus Guadicensis Præsul sen-  
 tentiam suam exponebat de Canonis  
 proponti verbis, ubi habebatur, Episco-  
 pos a Romano Pontifice vocari in par-  
 tem sollicitudinis, & ab eo assumptos  
 esse veros Episcopos: porro hic Præsul  
 objiciebat, magis amplam, minusque li-  
 mitatam dictionem adhibendam esse,  
 eo quod is, qui secundum Apostolorum,  
 Nicenæque Synodi Canones eligeretur,  
 verus Episcopus evaderet, tamethi nec  
 a Ro-